

AN. RIVINI SAX. PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ  
DOCTORIS, ET EX UTRAQ. HINC QUIDEM PHYSIO-  
LOGIÆ HUMANÆ, ILLINC VERÒ POËTICÆ HUMANITATIS PRO-  
FESSORIS PUBLICI, C. P. CÆSAR. COLLEGII PRINCIPIS S. U. B.  
SENIORIS, ET ACADEMIÆ LIPSIENSIS  
DECEMVIRI,

## PROGRAMMA INVITATORIUM,

*Quum ab ipso pro felici prælectionum suarum  
Physiologicarum auspicio,*

**DIOCLES CARYSTIUS**  
PRINCIPP. MEDICORUM, DOGMATICORUM  
PUTA ET RATIONALIUM, ÆTATE ET FAMA SECUNDUS, UT  
POTE MM. ABHINC ANNIS CLARISSIMUS,

*Quæ ille de Medico Studio Philosophico maritando, deq. Sa-  
nitate uniuscujusq. tuendâ προφυλακτικὰ ἔργα, seu præser-  
vativa & ad salutis custodiam necessaria præcepta, deq. morborum præ-  
sagiis & eorundem extemporaneis remediis, ANTIGONO Regi  
inscripta reliquit monita sapientissima:*

E Græcis pariter & Latinis Medicis, vetustis & nuperioribus  
ejus Interpretibus ac Paraphrastis: PAULO ÆGINETA,  
ANT. MUSA, PLINIO, GALENO, CÆL. AURELIANO, LARGIO DESIGNATIANO,  
THEODORO PRISCIANO, MARCELLO EMP. PSEUDO-SORANO & PSEUDO-GALE-  
NO, seu potius GVARIPONTO; item ALBANO TORINO, GEORG. VALLA, ANT. MIZAL-  
DO, JANO CORNARIO, J. MOLINÆO, J. GVINTERIO, JACOB. GOUPYLO &  
DALECHAMPIO, JOH. quoq. WITTICHIO, qui Germanicè &  
MICHAËLE NEANDRO, qui Græcè  
ediderunt,

*Studiosissimis quibusvis valetudinis suæ adolescentibus  
publicè enarrandus proponeretur*

LIPSIÆ,

ÆRA CHRISTI ∞ 100 LV.

Lit. Graec.

B.

1466, 32

Uspicatas agite, o' locii, fe-  
stasq; sumamus cras Idus Octobres!  
non tam quod feriarum nundinali-  
um hoc anno dies est ultimus, quam  
quod Poëtarum Rom. Principi Phy-  
sicoq;ve Philosopho longè maximo  
VIRGILIO primus quondam fuit,  
atq;ve ideò quoq;ve Vatibus aliis so-  
lemniter quotannis celebratus. Sic-  
uti nec mihi hoc ipso nomine incul-  
tus unquam, aut indicto abiit, omni-  
umq;ve minimè nunc abibit, quando

Q. B. V.



hodiè mihi post decursum infaustum annum Climactericum, cum fe-  
lici tamen Coronide, prosperè iterùm jam illuxit Natalis quoq; meus  
Quintus & Quinquagesimus. Si namq;ve SILIUS ITALICUS  
*Virgili ante omnes Natalem religiosius, quàm suum celebrabat*, ut ex  
PLINII Epistola 7. lib. III. discimus; siq;ve MARTIALIS quoq;ve  
Natalem eundem celebrantibus, multos Natales alios justà pietate  
comprecabatur Epigram. 68. lib. XI.

*Maje Mercurium creâstis Idus,  
Octobres Maro consecravit Idus;  
Idus sæpè colas & has & illas,  
Qui magni celebras Maronis Idus!*

quantò studiosiùs cõpse natali mihi Genius, qui libris Commentariis  
meis victuris adfit, propitiandus est, quando nunc eòdem die ad ope-  
ras Professorias partim veteres revertendum, partim novas acceden-  
dum est. Nimirum ut ex ejusdem BILBILITANI, seu potius Ro-  
mani Epigrammatarii Carm. 62. lib. X. liquet, ab antiquis usq; tem-  
poribus in ipsa Regina urbium Urbe decretum, tametsi nemini, quod  
sciam, observatum videtur,

See-

- - - *Sceptra Pedagogorum*  
*Cessent, & Idus dormiant in Octobres:*  
*Æstate pueri si valent satis discunt.*

Et Nos igitur, quibus utrumque curæ cordique est, & ut discant, & ut valeant rectè studiosissimi Adolescentes, fracto jam calore, cœloque temperatiore (ubi sceptrâ quoque Scholastica postridiè permutanda venient) capita nostra nunc pervigiliis *æθιvοις* & lucubrationibus Medico-Melicis securius exercebimus, ut ubicunque ingenium intendimus, ibi valeat; & docilis solertia conatui improbo respondeat, coactumque & involuntarium otium negotiosâ diligentia compensetur. Tametsi verò nec *Maro* ego, nec *Mare* illud inexhaustum omnigenæ eruditionis mihi vindicem, inter *Mares* tamen cordatos & ingenuos, si ipse à *Ἰπείρω* connumerari studeam, & *Rivulus* aliquis ab illo vastissimo Oceano etiam mihi si redundet, satis est: Utpote cui hoc ipso quoque Mense Octobri, imò hac ipsâ elapsâ septimanâ *Fontinalia* simul *Aganippæa* lauru coronata, & *Meditrinalia* sic de more acclamata sint:

VETUS NOVUM VINUM BIBO,  
VETERI NOVO MORBO MEDENS.

Quo de in *Asclepiade nostro de Apothecâ* aliquando τὸν *Ἰεῶ* fusiùs; hinc *PLINII MAJORIS* quæstione l. XXIIIX, c. 2, discussâ contenti: *cur ad primitias pomorum, hæc vetera esse dicamus, alia nova optemus?* Respondit *FESTUS* *ominis gratia*, sed *VARRO* lib. V. de L. L. *libationes & degustationes* tales votivas *medicamenti causâ factas* aiebat. Addo ego, quod ut in *Amicitia* apud *CICER.* se res habet, ita *vina*, quæ *vetustatem ferunt*, sunt *saluberrima*, *nova autem suavissima*, ideoque veteribus uti, novis autem frui gaudemus, & ut ipsa quoque veterescant optamus. Quam ob rem dum munus meum pristinum *Divina* allucente benignitate & *Serenissimi Dn. Electoris* gratiâ continuaturus imposterum, de unò verò collatum aggressurus sum, & ipse à benè ominatis bono cum Deo auspiciandum mihi duxi, ostendendumque veterem novam hanc utriusque *Spartæ Medicæ & Metricæ*, seu adeò *Philosophiæ* copulam & veram connubialem esse unionem; cum *grammaticis* simul & *carminibus*, *herbis & verbis* magna semper vis inesse fuerit iudicata, Eaquæ de materia quamvis alibi jam dum egerim sæpiùs, inaugurali tamen ad *Studiosos Adolescentes* crastino mane habendâ præfatione, ὀφθαλμοφανέως, ut quisque sentire quasi & palpare valeat, sum declaratu-

rus, monstraturusque fideliter, non apud Gentiles modo, sed & apud  
 sanctum Dei populum, Judæos & Christianos, utriusque Philosophiæ  
 ac valetudinis studium, *ut sit mens sana in corpore sano*, sedulo semper  
 fuisse conjunctum, ita ut qui animos purgarent Poëtæ & Philosophi, ii-  
 dem nec animorum diversoria & receptacula negligenter. Cujus rei  
 aliquem gustum sive promulsidem ut hinc quoque prælibemus, non ad  
*Apollinem* herbis & nervis celebrem, Medicorum & Melicorum Va-  
 tum parentem jam provocabimus; nec ad *Orphea* in utraque Faculta-  
 te inter maximè castos pollentissimum; Sicuti nec ad *Virgilium*, qui  
 DONATO teste, *non canum modo & equorum naturas ac vires cognô-  
 rat, & in iis multos variosque morbos incidentes curaverat, sed inter cete-  
 ra Studia, Medicina quoque, & maximè Mathematicæ operam dederat*:  
 Nec ad eò majorem *Lucretium*, qui eo ipso die, quo *Maro* natus, decessisse  
 perhibetur, Physicæ scientiæ, quæ in Epicureorum hortis præ cæteris  
 colebatur, Poëta gnarissimus: DIOCLES tamen CARYSTIUS *secun-  
 dus* ab HIPPOCRATE *etate famag*, ut PLINIUS Lib. XXVI. N. H. c. 2.  
 scribit, *Medicus* sectæ Rationalis nobilissimus, silentio nobis prætere-  
 undus non est, quando GALENO lib. II. de Anatom. Administ. ut  
*Medicus Anatomica scripsisse* refertur, & l. IIX. de plac. Hipp. & Plat.  
 inter *παλαιῶν ἰατρῶν τῆς δοκιματίας, οἱ τὸν περὶ τῶν χυμῶν λόγον  
 ἐξήλωσαν Ἰπποκράτης*, primo loco, ceu probatissimus & gravissimus  
 positus Diocles. Sed & eidem in principio libri de prænotione ex de-  
 cubitu Diocles idem *Vates & Rhetor* quoque fuisse traditur, ut pluri-  
 bus suo loco ostendetur. Nec istud quoque dissimulare possumus, a-  
 pud Hebræos vestigia quasi quædam trium superiorum ita dictarum  
 Facultatum reperiri, ita ut Medica cum Philosophicâ combinaretur,  
 Quando inter illos alii PHARISÆI id est *separati*, Theologorum vel-  
 uti Principes ac rerum Theologicarum arbitri principales; alii SAD-  
 DUCÆI, id est, *justi* & tanquam Justinianei seu Juris periti dicerentur;  
 alii, denique ESSÆI, iidemque *Therapevta* cognominarentur. *Quasi  
 verò primi soli, ac non universa Ecclesia, separati essent à mundo, alteri ve-  
 rò justissimi, justitiam studio dediti, ac tertii Medici animorum pariter ac  
 corporum forent.* Sicuti præclare NIC. FULLERUS Lib. I. Miscell.  
 Sacr. cap. 3. disseruit. Laudatque *Myriobibli excerptor* ille verè *Illustris*  
 PHOTIUS n. C. V. PHILONIS Judæi librum, quem de vivendi ratio-  
 ne eorum scripsisset, qui Philosophicum vitæ genus apud Judæos, sive

contemplando, sive agendo sectati fuissent; quorum alii generatim  
 Esseni, alii Therapeutæ appellati: Idemque PHILO in libello de vita  
 Theoretica, de Essæis testatur: οἱ τὸν θεωρητικὸν ἐξήλωσαν καὶ διεπνεύ-  
 σαν βίον: Alteri verò Curatores scilicet τὸν προσθητικὸν ζῆλῶσι καὶ ἀσκῶ-  
 σι βίον. Θεραπεύται ἡ, & foeminae Θεραπευτίδες seu Curatrices, vero  
 nomine inde vocabantur, vel quia profiterentur Medicinam præstan-  
 tiorem istâ vulgatâ, quæ solis corporibus medetur, cum hæc & animas  
 liberet morbis gravioribus & adversus medelas contumacibus, quos  
 inflixerunt voluptates, concupiscentiæ, dolores, timores, avaritiæ in-  
 sipientiæ, injustitiæ, & cæteræ perturbationes. vitiorumque agmen in-  
 numerabile. Hoc genus theoreticum hominum ab altero εἰσίων &  
 strictè ita dictorum Essæorum practico distinctum erat omninò, tam-  
 etsi & illi ipsi Therapeutæ Esseni pariter essent. De quibus postero-  
 ribus SUIDAS intellexisse videtur, quando ἀπὸ τῆς Θεραπείας vocari  
 voluit εἰσάϊες, hoc est Θεωρητικῆς: Nisi fortè compilerator ille errave-  
 rit, & Θεωρητικῆς pro Θεραπεύταις vel Θεραπευτικῆς posuerit;  
 Cum utrumque illi fuerint & therapeutici & theoretici. Nam & ideò  
 juxta eundem PHILONEM Therapeutarum quilibet præter mona-  
 sterium ædiculam habuit sacrâm, quàm σεμνεῖον vocabant: in qua so-  
 litarii ipsi severioris vitæ mysteriis navabant operam, nihil huc infe-  
 rentes, non potum, non cibum, non aliud ad necessariam corporis su-  
 stentationem spectans, sed legem solam & divinitus edita propheta-  
 rum Oracula, cum hymnis cæterisque, quibus tum scientia, tum pietas  
 augeri ac perfici posset. Et deduxit sane Poëta pariter & Philosophus  
 ac Medicus Illustrissimus, J. C. SCALIGER ad Theophrastû de plan-  
 tis cap. 24. Therapeutas ex Syria: Θεραπεία ἐστὶν τὰμ θεωρητικῆς,  
 quàm ἀφαιρητικῆς, ait: Quin accuratiores ita existimârunt, vocem Syriam  
 esse, primâ syllaba Θε adjunctiâ, ἡ ἀφῆ namq; Syria est medicina. Hoc ut  
 placet, ita placet etiam, τὸ Θε neutiquam otiosum esse, sed in eo mysterio di-  
 vinitatem quampiam indicare, quasi sit Θεραπεία: ut idem sit, quod est  
 in divino nomine Raphael, quem ex libro TOBIÆ Genium Medicato-  
 rem novimus. Quamvis autem PHILO more suo ἀλλήγορῶν rem fe-  
 tē omnem Therapeutarum Essenorum ad animi affectus curandos  
 transferat, corporis tamen morbos pariter sanâsse id genus hominum  
 EPIPHANIO adversus Hæret. lib. 1. hæres. 29 credendum, idque artis  
 Medicæ beneficio. Cujus ut & Critices & Philologias atque Antiqui-  
 tatis

tatis eos jam olim studiosissimos fuisse refert JOSEPHUS, gravissimus  
 primis Historicus, de bell. Jud. lib. II. cap. 12. in Lat. c. 7. *Σπυδάζουσιν*  
*ἐκ πίπτος πρὸς τὰ τῶν παλαιῶν συγγραμματα, μάλιστὰ πρὸς ὠφέ-*  
*λειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. Ἐνθεν αὐτοῖς πρὸς ἰατρικὴν*  
*παθῶν, ῥίζαι τε αἰλεζήτηριον, καὶ λίθων ιδιότητες ἀνερευνῶνται. Hoc est:*  
*Mirabile studium collocant in veterum scriptis pervolutandis: Ex quibus*  
*ea maximè deligunt, quæ animæ corporiq; conducant. Hinc diligenter in-*  
*vestigant, & radices remediis afferendis idoneas, & lapidum proprietates,*  
*quibus medicinam morbis faciunt. Atq;ve ibidem Essenos quoq;ve*  
*usq;ve adeò longævus dixit, ita ut plurimi eorum usq; ad centenariam*  
*proferantur aetatem, propter simplicitatem victus & abstinentiam atq;ve*  
*institutionem benè in omnibus ordinatam, quodq; fortes sint, & adverso-*  
*rum contemptores, & perturbationum victores moderatissimi. Ob quam*  
*causam utramq;ve EPIPHANIUS lib. I. hæres. 19. ὁσσηνῆς partim in-*  
*terpretatus est σιβαρῆς, i. e. validos, partim verò ιταυῆς i. e. animosos*  
*seu fortes. Unde doctissimus Anglus FULLERUS l. c. conclusit, Essæos*  
*binomines fuisse videri, & partim ab Ἰβη (sicuti quoq;ve 1. MACCAB.*  
*2. ἀσιδαίων vocabulo veniunt) partim ab Ἰσων appellationem sor-*  
*titos. Cujus vim duplicem uno & simplici solius Ἰεραπευτῆ nomine ve-*  
*nuste admodum & erudite Philo complexus sit. Quemadmodum itaq;ve*  
*propriè Philosophia quævis practica, non Essenorum modò illa, aliud*  
*nihil est, ἢ τῶν τῆς ψυχῆς ἀρρώσθημάτων καὶ παθῶν φάρμακον, quàm*  
*sanitas atq;ve medicina animi, juxta PLUTARCHUM, & ipsum quo-*  
*q;ve simpliciter dictum Philosophum PYTHAGORAM apud STO-*  
*BÆUM serm. 80. Κενὸν ἐκείνου φιλοσόφου λόγον, dixit, ὅτι ἔμνηδεν ἀν-*  
*θρώπου πάθος ἰατρικῆται, Vanam esse illius Philosophi orationem,*  
*quæ nullam affectionem in homine curet, & mala animi amoliat, sicuti*  
*nec medicina ullus usq;ve, nisi corpus à morbis custodiat, aut morbos à corpore*  
*depellat. Ita vicissim Medicina præsertim verò Physiologica, est vera*  
*tuendi corporis humani Philosophia, ceu DIOCLI nostro indigitatur.*  
*Ipsemet GALENUS IX. quos de Placitis Hippocratis & Platonis con-*  
*scripsit, libris quàm multa Philosophica, imò Poëtica cum Medicin-*  
*ibus comparat, conciliat & explicat. Et tametsi idem PERGAMENUS*  
*Archiater Philosophicissimus lib. de præcognitione cap. 9, p. 459. edit.*  
*Basil. Græc. In sita tum Medicis, tum Philosophis Romanis κακὸν θείας με-*  
*μὸρ, optimum judicasset, ab eis secedere, nixus tamen Boëtii V. CL. & An-*

sonini ac Commodi Cæsarum gratiâ, multa interim scripta Medica  
& Philosophica se edidisse tum gloriabatur. Ex quo relinquitur & Me-  
dicinam animæ Philosophicam, & corporis curam medicatoriam re-  
ctè beneqve conjungi atqve uniri; prout ipsemet HIPPOCRATES divi-  
nus Θεῶν pariter imò Θεὸν pronunciavit verum Philosophuum-Medi-  
cum. Qvalis revera proximè post eum hunc Hippocratem DIOCLES  
CARYSTIUS extitit. Qui præterquam quod in Rege Antigono, ut o-  
mnium Regum maximo eruditionem summam universæqve Philoso-  
phiæ ac Mathematicarum disciplinarum primam commendasset pe-  
ritiam, ut palmam aliis longè præriperet; regalem quoqve & familia-  
rem ipsi esse debere eam Philosophiæ partem, quæ ad tuendam sanita-  
tem pertineat, existimavit. Eòqve libellum hunc, ceu breviarium  
quoddam, seu adeò Epistolâ περὶ Φυλακικῆν, illi ante bis mille annos  
inscriptam intimavit. Cujus scripti tametsi brevissimi tanta semper  
fuit auctoritas, quantò profundior ejus antiquitas, & à tot tantisque  
viris quasi per manus traditi repetita usquequaqve & promulgata est  
inculcatio, & vetus nova interpolatio; ut cum in ore esset omnium,  
in quo tamen primū sit natum, multis ignoraretur, adeò ut HIPPOCRA-  
TI quidem DESIGNATIUS, & MARCELLUS EMP. jam pridem ascripse-  
runt, GALENO GVARIPONTUS & ex parte quoqve SORANO, nos etiam ab  
ANTONIO MUSA quædam hinc mutuata arbitramur; prævaluit tamen,  
meritoqve suo prævalet PAULUS ÆGINETA, qui in fine lib. I. DIOCLI  
CARYSTIO περὶ Φυλακικῆν istud rectè vindicavit, cui doctissimi qui-  
qve Medici & Philosophi sunt adstipulati. Et profectò si quò un-  
quam aliàs, certè hoc postremo tempore Aristarchorum desiderata  
fuit industria, ut spuria & pseudepigrapha à legitimis & genuinis  
scriptis, Apocrypha à Canonicis, & veri Autores à falsis accuratè  
discernantur, & quid cuius credendum, vel non sit, paulò rectius  
dijudicetur. Sed nulli penè magis, quam Medici, hac medicinà  
opus habere videntur, cum ipsorum artificium plerumqve in experi-  
mentis consistat, idqve felicius & certius profuturum speretur, quod  
diutiùs comprobatum, & usu atqve auctoritate plurimorum anti-  
quissimorum Archiatrorum confirmatum habetur. Ex quo fa-  
ctum, ut unum idemqve diversis assignaretur; multa quoque  
à discipulis & successoribus paulò magis exalciata, præscriptis pro-  
priis nominibus, incrustarentur iterum, & propinarentur.

Qva.

Qua de re Dn. BARTHIIUS in Adversariis I. XI. c. 16. conquestus est. Sed & ipsemet GALENUS Prologo de libris propriis fatetur, imò commendat Literati sive Grammatici cujuscumque Critici industriam, qui alienos, sed Galeno adscriptos libros quàm optimè distingvere & discriminare valuisset, hoc solum prolocutus, hanc dictionem non esse Galeni.

Quum igitur his & similibus causis permotus, Physiologicum & Therapevticum studium meum Philosophico, ultra vicennium gesto fideliter muneri adjungendum & copulandum gratiosissimè statuerit Serenissimus ac Potentissimus Dn. Dn. JOHANNES GEORGIUS I. Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium Dux, Sacri Romani Imperii Praefectus Praetorio & ArchiMareschallus atq; Elector gloriosissimus, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae & utriusq; Lusatae, Burggravius Magdeburgi, Comes in Marca & Ravenspurg, Dynasta in Ravenstein, Dominus & Nutricius noster Clementissimus, &c. nolui me, meamq; operam tantæ tanti Principis benignitati ullâ amplius morâ subtrahere, aut commodis Studiose Juventutis, seu adeò quoq; eruditæ, si qua futura est, decile posteritatis; atq; propterea laudatis supra Idibus Octobribus, die nimirum crastino, horâ VII. matutinâ, in superiori Auditorio Medico, prælectionum mearum Physiologicarum à præfatione aliquâ antea quoq; commemoratâ faciam initium, demonstraturus, unicuique studioso sanitatis, adolescenti & viro, rectè cum Philosophico & Philologico studio hoc quoq; Physiologicum combinari. Quam ad rem Juventutem Academicam, cuiuscunq; sit illa studio consecrata, quàm humanissimè cupio invitatum, daturus in id operam sedulò, ut neminem impensæ auscultationis suæ in opere minimè prolixo, sed omnium compendiosissimo, in quo elucescet, quàm benè DIOCLI cum MANILIO & VIRGILIO conveniat, ullo modo possit poenitere.

---

Literis LANCKISIANIS Imprimebat  
CHRISTOPH. CELLARIUS.



*ΔΙΟΚΛΗΣ ΚΑΡΥΣΤΙΟΥ*  
*ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ*

---

**DIOCLESCA-  
RYSTIUS.**

**Lit. Graec.**

**B.**

**1466,28**

*Dioclesius Carystii*

ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ  
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟ-  
ΦΥΛΑΚΤΙΚΗ.

Διοκλῆς Αντιγόνῳ

Βασιλεῖ.

**Ε**πειδὴ σοι συμβαίνει μα-  
σικώτατα πάθων βασι-  
λέων γεγονέναι, καὶ πλεί-  
στον χρόνον βεβιωκέναι, Φι-  
λοσοφίας τε πάσης ἔμπειρον ὄν-  
τα τυγχάνειν, καὶ τοῖς μαθημα-  
τικοῖς περιλαβάνειν ἑσπεραίων  
βασιλικῶν καὶ οἰκείαν εἶναι τὴν  
φιλοσοφίαν, τὴν περὶ τῶν ὑγίαι-  
νῶν ἀκοιῶν τε καὶ θεωρίαν, γέγρα-  
φά σοι πόθεν ἀνότοι τοῖς ἀνθρώ-  
ποις σωθῆναι, καὶ τινῶν προγε-  
νομένων σημείων, καὶ πῶς ἂν τις  
αὐταῖς βοηθῶν ἴππυ γυγάνοι· ἔτε γὰρ  
χειμῶν ἐν τῷ ἔρασι συσταίη πο-  
τὲ μὴ ἔχῃ σημείων τινῶν προγενο-  
μένων, οἷα περὶ τῶν κολαθῶν οἱ  
ναυτικοί, καὶ οἱ πολυπείροι τῶν ἀν-  
θρώπων. ἔτε πάθος ἐν ἀνθρώπῳ  
φύσει συσταίη ποτὲ μὴ ἔχῃ σημεί-  
ων προγενομένων. σὺ ἵππὶ πειθεῖς  
τοῖς ὑφ' ἡμῶν λεγομένοις, τῶν κολα-  
θησῆσαι τῆ ἀκρίβειά τῆ περὶ  
αὐτῶν.

DIOCLIS EPISTO-  
LA PROPHYLAC-  
TICA.

Seu

De secundâ valetudine tuenda.

DIOCLEES ANTIGONO REGI.

**Q**Vandoquidem tibi Antigone,  
maxima omnium regum eru-  
ditio, atq; grandævajam atas,  
omnisq; Philosophia peritia  
et mathematices denique studii (quibus  
singulis clarus es) palma facile contigit,  
regiam ego atq; ad eò peculiarem esse  
suspiciens eam philosophia quoq; partem,  
quæ incolumitatem tueri docet, delineare  
atq; describere tuæ majestati, hac no-  
strâ epistolâ volui. Unde nam mortali-  
bus aegritudines proficiscantur, deq; qui-  
busdam precedentibus notis, et quibus  
remediis succurrendum sit. Quemad-  
modum enim cæli tempestatem nun-  
quam non signa quædam manifesta præ-  
cedunt, quibus nauta ac ceteri multa-  
rum rerum periti homines, quid ipsis a-  
gendum, quò tutiores sint, colligunt: Sic  
neq; ullus præter naturam effectus un-  
quam hominis naturam, nullis præce-  
dentibus præfagiis, tentat. Tu itaq; no-  
stris hisce præceptiunculis confisus, et  
obvius ulnis ea suscipere, et ad amissimam  
etiam observare ne graveris.

Didu-

Διαιρέμεθα δὴ τὸ σωματίον τῷ  
ἀνθρώπῳ εἰς μέρη τέσσαρα, κεφα-  
λήν, θώρακα, κοιλίαν, κύστιν. ἐ-  
πειδὴ γὰρ μέλη παθήσῃ πρὸς τὴν  
κεφαλὴν ἴππλεϊον σιμίσασθαι,  
προσημαίνειν εἴωθεν σκολιδίον, καὶ  
ἀλγιδῶν κεφαλῆς, καὶ βάρῃ ἐν  
τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἢ χοιῶτων, νυγμοῖ  
κροτάφων. οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ πρῶτον  
διακρύβονται τῷ ἀμβλυώσει, ἔ-  
πειδὴ φραίνεσθαι ἔθενός, τὰ ἔλα τῶν ὀ-  
φθαλμῶν μετέωρα γίνεσθαι.

Ὅταν ἔν τοῖς τὸν τι προσημαίνειν,  
τὴν κεφαλὴν δεῖ καθαίρειν, φαρ-  
μάκῳ μὲν μηδενί, λαβῶν ἢ ὑσώ-  
πῳ ἢ ὀριγάνῳ ἢ ἰσίδῳ κεφαλῆς, ἰρίδας  
καὶ ἀναζέσας ἐν χυλιδίῳ μὲν γλυ-  
κέως ἢ ἐψέμαλῳ ἢ ἡμικοτυλίς, τῷ  
τῷ νύσῳ ἀποροφῶν διαβλύξαι τὸ  
στόμα, ἔπειδὴ ἀναγαργαρίζων ἀπορευ-  
ματίξει, ταύτης ὅσα ἐσὶν ἐλαφροῦ  
θεραπεία τῷ πρὸς τὴν κεφαλὴν  
παθῶν. ἄριστον ἢ καὶ τὸ σίνηπι διει-  
μένον μελικράτῳ θερμῷ τῷ τοῦ νη-  
στῆ ἀποροφῶν, ἀναγαργαρίζει καὶ  
ἀπορευματίξει. δεῖ ἢ προθερμαίνειν  
τὴν κεφαλὴν συσκεπάσαντα, ὅπως  
τακέν τὸ φλεγμα δὲ κόπως ἐπα-  
κίσει πρὸς τὴν ἐκροήν. τοῖς ἢ ἀμε-  
λέσῃ τῶν τοιούτων σημεῖων τὰ δε-  
εἴωθεν ἴππλῃ γίνεσθαι τὰ ἀρρωσή-  
ματα. ὀφθαλμίας, ἀπογλαυκώ-  
σεις, τὰ ὦτα ῥύγνυλλα, χοιράδες  
ἐν τῷ τραχήλῳ γίνεσθαι, ἐγκεφα-  
λὸς φακελισμὸς, κόρυζα, στυγί-  
α καὶ κίχλη, ἰερίθονες, σαφυλή, τρι-

Diducimus jam hominis corpuscu-  
lum in partes quatuor: Caput, Thora-  
cem, Ventrem atq; Vesicam. Cum igitur  
olim quid morbi caput lesurum est, hac  
portenta solent magna ex parte prece-  
dere: Vertigo, dolor capitis, supercilio-  
rum gravedo, murmur aurium, stimu-  
lacio sive punctura temporum, oculi ma-  
lucino tempore lacrymantur & cali-  
gant, odoratus hebetatur, dentium gin-  
giva attolluntur.

Ergo cum ejusmodi quiddam porten-  
ti senseris, caput confestim evacuandum  
ducito, nullis sanè medicamentorum  
praesidiis, verum sumtis hyssopi aut ori-  
gani capitibus tritis, & in aulula ebulli-  
tis cum passo vel juris semisextario, qui-  
bus os jejunus abluere, atq; quoad pituita  
deducitur gargarizato. Hoc quippe ca-  
pitis affectionum facilimum est praesi-  
dium. Saluberrimum quoq; fuerit, sina-  
pi ex aqua mulsa calida macerato, irri-  
gatove sobrium os colluere, & gargari-  
zando à capite humorem deducere. O-  
portet autem caput ipsum antea tegmi-  
ne quopiam calfacere, quò liquefacta  
pituita sine impedimento effluere possit.  
Cum hac igitur, quae proposita sunt, floc-  
cipenduntur indicia, ejusmodi ferè  
morbi succedere consueverunt: Ophthal-  
mia, glaucomata, aurium fissura, struma  
in ceruice, cerebri tabes (σφακελισμὸς  
à Graecis dictus) coryza, gravedo, angina  
nocturna, terebones, uva, profluvium  
capillo-

χῶν μάθησις, ἑλκῶσις κεφαλῆς,  
ὀδόντων πόνος.

Ὅταν ἢ τι πῶς τὸ θώρακα μέλ-  
λη γίνεσθαι, τῶν τῶν προσημαίνον  
εἴωθεν, ἰδρῶς ἐπιγίγνεσθαι εἰς ὅλον  
τὸ σῶμα, καὶ τὸν θώρακα, καὶ τὴν  
γλῶτταν παχέαν ἔχειν, πύειν  
αἰλικαῖα ἢ πικρὰ, ἢ χολώδη, ἢ πῶ  
τὰς πλευράς, ἢ ὠμοπλάτας, ἀλ-  
γήματα γίνεσθαι δίχα περὶ φά-  
σεως. χάσμα συνεχές, ἀγρυ-  
πνία, πνιγμοί, δίψος, ἐξ ὕπνου ἀν-  
δῶς ἔχειν τὴν ψυχὴν, ψωγμοί  
στήθεος καὶ βραχιόνων χειρῶν τρέ-  
μος. Βοηθεῖν ἢ δεῖ ἀνὰ αἰσῶσις ἐμ-  
φρόνως, ἴον ἢ τρέπον ἐμειλοποιεῖσθαι  
ὡς βέλυσαι ἀπὸ δείπνου, ἀνδρὶ πλη-  
σμονῆς, ἀνδρὶ φαρμακείας, χηρήσι-  
μοι ἢ καὶ οἰνήσεις ἐμειλοῖς, ἢ καλῶσι-  
νὲς συρμαῖσμάς· δεῖ ἢ τὸν μέλλον-  
τα συρμαῖζειν περὶ φαγεῖν ραφανί-  
δας λεπίας, κάρδαμον, σίναπι, ἀν-  
δράχνω, ἢ τὰ ἐπιπίοντα ὕδωρ  
χλιαρόν, ἕτως ἐμείν.

Τοῖς ἢ κατὰ φρονῶσι τῶν τοιῶ-  
των σημείων, τὰδε εἴωθεν ἐπιγίγνε-  
σθαι τὰ ἀρρώγηματα, πλευρίτις,  
περιπνευμονία, μελαγχολία, πυ-  
ρετοὶ ὄξεις, φρενίτις, λήθαργος,  
καῦσος, λυγμώδης.

Ἐπειδὴν δὲ τὴν μέλλη πῶς τὴν κοι-  
λίαν πάθῃ ἐπιπλεῖον συνίστασθαι,  
τῶν τῶν προσημαίνει, πρῶτον ἢ  
κοιλία συρρέφεται, καὶ τὰ ἐπιπίοντα  
αὐτῇ ἐν αὐτῇ· τὰ σιτία καὶ τὰ πο-  
τὰ πικρὰ φαίνεσθαι. γοιῶτων βρά-

capillorum, ulceratio capitis, dentium  
cruciatu.

Cum autem quidpiam mali Thorax  
passurus est, his signis portenditur. Sudor  
quissiam undiq; corpus quidem occupat,  
sed thoracem maximè: lingua crasse-  
scit: ejiuntur sputa vel salsa, vel ama-  
ra, vel biliosa: in lateribus, vel scapulis  
dolores citra occasionem oriuntur: Osce-  
dines crebrae, (quæ χάσμα à Græcis di-  
cuntur) vigilia, suffocationes, sitis, ex  
somnia animus mærore afficitur: Algo-  
res item pectoris atque brachiorum &  
manuum tremor infestant. Quibus non  
imprudenter ad hunc modum succurri-  
tur. Vomitionem à cœnâ non crapulo-  
sa, quoad fieri potest, ciere convenit abs-  
que medicamine. Profunt etiam vom-  
itus, quos cibus sequitur, quos Græcorum  
nonnulli συρμαῖσμάς nuncupant. Cui  
igitur sic placet vomere, radículas te-  
nues, nasturtium, erucam, sinapi, portu-  
lacam devoret: deinde aquâ tepidâ hau-  
sta evomat.

Qui dicta prasagia naucifecerit, has  
affectiones metuat: Pleuritiam, pulmo-  
nariam, melancholiam, febres acutas,  
phrenitim, veterum & cum singulis  
ardorem.

Si quis verò Ventrem morbus occu-  
paturus est, his signis prasagiri potest:  
Venter primitus convolvitur, & in sese  
ipso perturbatur, esculenta cum pocules-  
tis amaritudinem præferre putantur.  
Gennum gravitas, lumborum rigor in-  
flexi-

ῥοφῶν, ὅσφω μὴ δῶσθαι καίμ-  
ψαι, πόνοι ὅλα δὲ σώματι, καὶ δι-  
χα περὶ φάτεως, νάρκη σκελῶν,  
πυρετία μικρὰ.

Ὅταν τι τῶτων προσημαίνῃ τὴν  
κοιλίαν δεῖ μαλακῶν προῤῥα-  
σκάσειν μὲν διαίτης, ἀνὰ φαρ-  
μακείας, ἐστὶ ἢ πλείω καὶ ἀσφα-  
λῆ, οἷς τισὶ χρῶμεν ὅσον ἀνὰ δια-  
μάροισι· στυλῖα μελικράτω κα-  
θηψημένα, σκόρδα ἐφθα, μαλά-  
χη, λάπαθα, λινέζωσις, μελιζώ-  
ματα· πάντα γὰρ ὑποακίνα κοι-  
λίας ἐστίν.

Ἐὰν ἢ Ἰππικῆν τι τῶν σημείων,  
κνήκω χυλισμα ὡραυγνύειν εἰς  
ἀπαντὰ τὰ ἐψήματα, ἡδύτερα γὰρ  
ἐστὶ καὶ ἀκίνδωτα, χρῆσιμα ἢ κα-  
ήλεια κρεάμω καθηψημένη ἐν ὕ-  
δατι πολλῶν, ταύτης ὁ χυλὸς πι-  
νόμενός μὲν μελί, καὶ αἰλός, ἢ  
ναὶ ἢ δεῖ ὡς κοτύλας τέσσαρας, ἢ  
τῶν ἐρεβίνθων ἢ ὀροβίων καθηψη-  
μένων τὸ ὕδωρ πινόμενον, τὸν αυ-  
τὸν ἴστροπον ποιεῖ νήσει.

Τοῖς ἢ ἀμελῶσι τῶν τοιούτων ση-  
μείων, τὰ ἢ εἴωθεν γίνεσθαι τὰ  
πάθη κοιλίας διάρροια, δυσεντε-  
ρία, λειεντερία, εἰλεός, ἰσχία, πυ-  
ρετός τελαῖ, ποδάγρα, ἀπο-  
πληξία, αἰμορροΐδες, δρεθρίτις. Ὅ-  
ταν δὲ τι μέλη πάθῃ ὡς τλεῖ-  
κῦσιν Ἰππικῆν πλεον σμῆσθαι, τὰ  
ἢ προσημαίνειν εἴωθεν ἀπὸ σιλίων  
εἰλίγων πλῆρη δοκεῖν εἶναι, φύ-  
σαι, ἐρυγαί, ἀχρῶσαι ὅλα τὰ σώ-

flexilis, universa molis corporea lassitu-  
do, idē sine occasione, crurum torpore  
stupor, febricula exiles.

Ubi haec portenta senseris, venter nul-  
lo medicamento quidem, sed victus ra-  
tione mollificandus est. Satius enim ac  
longè tutius est iis uti, quibus delinqui  
facile non potest: è quorum numero  
sunt: Beta aqua mulsa decocta, allia e-  
lixia, malva, rumex, mercurialis, & o-  
mnia melle condita. Cuncta enim haec  
alvi sedimenta dejiciunt.

Quod si praesagiorum aliquod magis  
magis intendatur, omnibus decoctis  
Cnici liquorum confundito, suavior  
namq; & tutior est. Utilis item fuerit  
levis Brassica, in non exigua aqua elixa,  
hujus succus inquam quatuor hemina-  
rum mensura cum melle ac sale potui  
datus profuerit. Ciceris aut ervi aqua  
in jejuniis epota, eundem effectum ha-  
bet.

Haec signa parvipendentibus, hujusce-  
modi affectiones supervenire solent:  
ventris diarrhoea, dysenteria, licentia,  
id est, intestinorum laxitas, Volvulus, ἐί-  
λαός a Graecis dictus, coxendi cum dolor,  
febris tertiana, podagra, apoplexia, he-  
morrhoides, arthritis. Quando a Vesice  
malum immineat, his notis depre-  
henditur: Post exiguum etiam cibum,  
plenitas infestare videtur, peditus, cru-  
etuationes, universi corporis pallor, so-  
mni

μαλ' ὅ, ὑπνοὶ βαρεῖς, καὶ τὰ ὄρα  
πελῖα καὶ μέλις ἐκπορεύομενα,  
οἰδήματα ὡς τὰ αἰδοῖα γίγνοντ'.

Ὅταν ἂν τοιούτον τι πρῶτημα  
ἴη, βοηθεῖν δὲ τοῖς διερρητικοῖς δρώ-  
ματιν ἀτφαλέστα, ἐστὶ δὲ μαρμα-  
δρων καὶ σελίνων τὰς ρίζας διπο-  
βρεχειν ἐν οἴνω λευκῷ εὐώδεα, τὸ  
πίνειν ἐκάστης ἡμέρας νύκτιν πρῶ-  
κυάθου δύο μεθ' ὕδαλ' ὀδύνης,  
σμύρνης, ἐλενίς, ὅτι ἂν ἔχῃς τῶν  
τοιούτων, ἅπαντα γὰρ ὠφελεῖ, καὶ  
τ' ἐρεβίνθων τ' ἀποβεβρεγμένων τι  
ὑδὼρ πινόμενον μετ' οἴνου τὸν αὐ-  
τὸν τρόπον.

Τοῖς δὲ ἀμελεῖσι τῶν τοιούτων  
σημείων, τὰ δεῖ εἶωθεν ἴππι γίνεσθαι  
ὑδρωψ, σπλῆν' μέγας, ἥπαλ' ὀ-  
πών, λιθίασις, νεφρίτις, τραυ-  
γυρία, πλῆσμεν κοιλίας.

Ἐφ' ἀπάντων δὲ τ' τοιούτων σημεί-  
ων, τοῖς μὲν νηπίοις, ἥπις καὶ τὰς  
θεραπείας προσίγομεν, τοῖς δὲ  
μείζοσιν, ἐνεργετέρας.

Γέγραφα δὲ σοὶ καὶ ὡς τ' τρο-  
πῶν τ' εἰς τὸν ἐνιαυτὸν, ἐν αἷς ἕκα-  
στα γίνεσθαι. τίνασε δὲ προσφέ-  
ρεσθαι, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι. ἀρ-  
ξομαι δὲ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν.

Τροπὴ χειμερινή.] αὐτὴ ἢ ὥρα  
αὐξοῖ ἐν ἀνθρώποις κατὰ ῥῆσιν, ὡ-  
γασίαν, ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς.  
δεῖ ἂν προσφέρεσθαι τὰ θερμά-

mini graves, lotia lurida & agerrimè e-  
manantia, & circa pudenda œdemata.

Cum hæc apparuerint præfagia, sup-  
petiis odoratis, lotia impellentibus, opem  
ferre convenit, id quod sine periculo fu-  
turum est. Sunt igitur fœniculi apud  
radices in vino albo odorato maceran-  
de, unde jejunus in matutino quotidie  
duos sumat cyathos, cum aquâ dauci,  
myrrha, enule campane, quodcumq; ho-  
rum ad manum sit, juxta enim singula  
juvant: Cicerum quoq; maceratorum  
aquam, si cum vino potaverit, idem con-  
sequetur.

Qui verò dictas notas negligenter  
præterierit, hos morbos expectet: Hy-  
dropem, lienis magnitudinem, hepatis  
dolorem, λιθίασιν, quem calculum Ro-  
mani dicunt, nephritim, id est, renum  
affectionem, lotii stillicidium, plenita-  
tem ventris.

Ceterum in omnibus his, quæ hæte-  
nus proposuimus signis, infantibus qui-  
dem clementiores, grandioribus verò  
nata, efficaciores medelas exhibemus.

Neque post hæc silenter pertransibi-  
mus anni solstitia, in quibus singula quæ-  
q; accidunt. Sed quæ ingerenda, offeren-  
dæ, & à quibus abstinendum, tribus  
(ut ajunt) verbis expediām. Exordiar  
itaq; à solstitio brumali.

Solstitii brumalis tempore augetur  
in hominibus catarrhus & humidita-  
tes, ad vernum usq; æquidiale. Calidiora  
itaq; tum ingerenda & meraciùs proli-  
xiusq;

τέρα, καὶ ἀκρατέστερον πίνειν (καὶ ἀκράτοτον) καὶ δὴ οὐδὲ ὀλίγον πίνειν, καὶ σωσσιάζειν, εἰσὶ δὲ εἰς ἰσημερίαν ἡμέρας Π.

Ἡ ἰσημερία εἰς εὐρινή. Ἡ αὐτὴ ἡ ὥρα αὖξαι ἐν ἀνθρώποις φλέγμα, καὶ τὰς γλυκεῖς ἰχώρας τῆς αἱματὸς, ἕως πλῆιάδος Ἰπιολλῆς, χρωτοῖς ὀπαδες αἰτοῖς καὶ δερμῶσι, καὶ φιλοπόνει, καὶ σωσσιάζει. εἰσὶ δὲ εἰς πλῆιάδος Ἰπιολλῆ, ἡμέρας μς.

Πλῆιάδος Ἰπιολλῆ. Ἡ αὐτὴ ἡ ὥρα αὖξαι ἐν ἀνθρώποις χολῶν πικρῶν, καὶ τὰς πικρὰς ἰχώρας, ἕως θερμῶν Ἰροπῶν, χρωτοῖς γλυκέσι πᾶσι, κοιλίας λυγροῖς, καὶ ὡς ἐλάχισα σωσσιάζει. εἰσὶ δὲ εἰς τροπὰς θερμῶν ἡμέρας με.

Τροπὰς θερμῶν. Ἡ αὐτὴ ἡ ὥρα αὖξαι ἐν ἀνθρώποις χολῶν μέλαιναν, ἕως ἰσημερίας φθινοπωρινῆς, χρωτὶ ἐν ψυχρῶ, καὶ τοῖς ἐυάθεσι πᾶσι, καὶ ὡς ἡκίστα σωσσιάζει, ἢ πρὸς φέρει ἀκακότερον, ἢ γέγραπται περὶ τῆς ἀφροδισίων. εἰσὶ δὲ εἰς ἰσημερίαν φθινοπωρινῆν ἡμέρας Πγ.

Ἰσημερία φθινοπωρινῆ. Ἡ αὐτὴ ἡ ὥρα αὖξαι ἐν ἀνθρώποις φλέγμα, καὶ τὰ λεπτὰ ρευμάτια, ἕως πλῆιάδος δύσεως, δεῖ ἐν δὴ πρὸς ρευματίζειν, καὶ πρὸς φέρει δαδρυμύτατα, καὶ ἐμελοποιεῖσθαι ὡς ἕλάχισα, φιλοπονεῖν τε καὶ τὸ συ-

xiusq; atq; ab origano bibendam est, libidiniq; indulgendum. Sunt autem usq; ad aequidiale dies nonaginta.

Ab aequinoctio verno usq; ad vergiliarum exortum pituita, & dulcis sanies, quas ichoras dicunt sanguinis, in mortalibus crescunt: Idcirco quam maximè succosis acribusq; utendum est, corpus diligenter & cum labore exercitandum, concubitu tunc quoq; indulgendum. Numeranturque usque ad vergiliarum ortum dies sex & quadraginta.

Hoc tempore crescit in hominibus bilis amara, & ejusdem qualitatis sanies, cruorq; ad aequinoctium usq; aestivalis. Tum suavia, alvum cientia ingerere & Veneri minimū indulgere convenit. Numerantur autem ad Solstitium usque aestivum dies quing; & quadraginta.

Solstitii aestivalis tempus, atra bilis abundantiam in hominibus facit, usq; ad aequinoctium autumnale. Utendum itaq; egelidis undis, odoratisq; omnibus: Veneri vel omninò vitanda, vel simpliciter saltem ac candidè, quae de ipsa tradita sunt, admittenda. Inferuntur autem inter aestivum solstitium & autumnale aequinoctium dies nonaginta tres.

Hoc aequinoctii autumnalis tempore pituita, & tenues fluxus in hominibus abundant, ad vergiliarum usque occasum. Oportet ergo tum fluxiones cohibere, & acerrima quoq; succosissimaq; evitare, & quam minimum fieri potest vomere, sedulo corpore exercere, & concubi-

νεστιάζεν απέχεσθαι· εἰσὶ δὲ εἰς  
πληιάδων δύοσι ἡμέραι λζ.

Πληιάδων δύοσι.] αὐτῆ ἡώρα  
αὐξήσιν ἀνθρώποις φλέγμα εἰς  
τροπῶν χειμερινῶν. δεῖ δὲ προσ-  
φέρεισθαι τὰ στυφύοτατα, ἔπι-  
νειν οἶνάριον ὡς ἡδίστα, καὶ τοῖς λι-  
παροῖς χρῆσθαι, καὶ φιλοπονεῖν.  
εἰσὶ δὲ εἰς τροπῆς χειμερινῆς,  
ἡμέραι Με.

cubitum deniq; pro viribus fugitare  
Numerantur autem ab eo aequidiali us-  
que dum vergiliae occidunt, dies trigin-  
ta sex.

Sub vergiliarum occasu augetur in  
hominibus humor pituitosus ad solsti-  
tium usque hyemale. Sumenda sunt igi-  
tur cibi loco maximè acerba, vina dul-  
cissima: Utendum præterea præpingui-  
bus, exercitandum strenuè. Sunt verò ad  
brumam usque dies quadra-  
ginta quinque.

F I N I S.

